

pope, sanabat et mente, » ait Remigius. Christus domum fixerat Capharnaï: inde egrediebatur, et pedibus circumbat predicando et sanando omnes circumcirca urbes et pagos Galilee mira scdultate, charitate, zelo, labore, humilitate, patientia et fortitudine. Addit hoc Matthæus, ut paucis perstringat Christi labores et opera, ne sigillatim ea cogatur enumerare, quod fuisset proximum et quasi impossibile.

Castellum, quid?

ET CASTELLA. — Castrum est locus muris cinctus major castello, et minor oppido; inde diminutive dicitur castellum, quasi parvum castrum, parvum oppidum. Castella ergo sunt arees, vel minor oppida muris cincta; inde tamen dilatata significatione denotant vicos et pagos qui muris carent; hoc enim significat Græcum *ἀκράς*, et sic hic et alibi accipitur. q. d. Christus non tantum civis et honestos in uribus, sed et pauperes et rusticanos homines in pagis degentibus visitavit, docuit et curavit. Hoc Christi exemplum imitentur sacerdotales et religiosi. Hæc enim est vita Apostolica circuire civitates et castella, ac ubique omnibus sine discrimine opem ferre et predicare regnum Dei, sive viam salutis, qua tendant ad regnum celeste. Noli ergo, o concionator, ambire cathedras magnificas magnarum urbium; Christus enim tam in pagis et villis, quam in uribus docuit, adeoque paucorum pauperum et rusticorum fuit catechista et prædicator, æque ac redemptor. Reliqua exposui cap. iv, 23.

36. VIDENS AUTEM TURBAS, MISERTUS EST EIS, QUI ERANT VEXATI ET JACENTES, SICUT OVES NON HABENTES PASTOREM. — Pro miseratus est Græce *ἐπιλεησίνθη*, id est ex intimis visceribus commiseratus est, quod Hebræi dicunt *רחם* *racham*; *רחם* *rachem* enim significat *ἐπιλεησίνθη*, id est viscera. « Vexati, » Græce *ἐκλυθησίνθη*, id est variis molestiis malisque afflicti. Syrus *fatigati*; Remigius: « Altriti infirmitatibus et languoribus; » Rabanus: « Vexati per varios errores demonum. » Alii legunt *ἐκλυθησίνθη*, id est dissoluti et dissipati. « Jacentes » sparsim. Græce *ἐκλυθησίνθη*, id est disjecti, abjecti, sparsi, projecti: *ἐκλυθησίνθη* enim est projectio; Syrus *dispersi*; Arabicus *errantes*. Interlinearis *jucentes* interpretatur, vana securitate torpentes. « Sicut oves non habentes pastorem. » Nullum animal est magis simplex, incurium, stolidum, improvidum, prædæ luporum et ferarum expositum, ideoque magis egens pastore, quam sit ovis. Notat Scribas et Sacerdotes non studuisse saluti populi, ut eum viam salutis docerent, ideoque non fuisse pastores, sed lanones ovium, qui læ et lanam, id est sua duntaxat ex populo luera captarent, cum tamen populus simplex quasi ovis maxime egeret doctore et ductore. Scribæ ergo populo non tam erant pastores, quam lupi, ait S. Chrysostomus, quia prava et perversa docendo tam verbo quam exemplo perdebant simplicitum animas, præsertim dum Christum vocantes magum, illas in Christum pronas ab ipso avertabant.

37. TUNC DIXIT DISCIPULIS SUIS: MISSIS QUIDEM MULTA, OPERARIUM AUTEM PAUCI. — Messum vocat multitudinem populi, paratam ad recipiendum Evangelium et doctrinam salutis, cuius semina jecerunt Prophetae. Unde Christus, Joan. iv, 35: « Videte, ait, regiones, quia albæ jam sunt ad messem, » id est mature ad capessenda dogmata salutis, ut inferantur in horreum Ecclesie. Hinc S. Augustinus, serm. 42 *De Sanctis*, cap. 1: « Apostoli, ait, in Judæis quidem messuerunt, in Gentibus autem seminaverunt, quia prima fidei dogmata quasi semina iis tradide. ant. » « Operarii autem pauci, » quia solus Christus et Joannes Baptista laborabant in docendo populum; Scribæ vero otiosi suis lucris et deliciis vacabant.

38. ROGATE ERGO DOMINUM MISSIS, UT MITTAT OPERARIOS IN MESSEM SUAM. — Scilicet, ut mittat vos, o Apostoli, vestrosque adjuutores et successores, nempe viros Apostolicos, et sicque sapientiam, spiritum et zelum ad efficaciter prædicandum et laborandum assidue, in tanta animarum messe, suggerat et inspiret, ne tam copiosa messis pereat. « Dominum messis: » ita se facile Christus nominat, ipse enim est Dominus Ecclesie, non tantum qua Deus (sic enim Dominus quoque est Deus Pater, et Spiritus Sanctus), sed etiam qua homo, sic enim eam suo sanguine redemit et emit: quare ipsius est mittere Apostolos quasi operarios, qui hanc messem cum labore et sudore metant, et in horreum Ecclesie colligant, uti de facto, cap. x et seq. Apostolos dimittit. Ipse ergo invocandum est, ut etiamnum operarios strenuos et infatigabiles in messem hanc, que multis in locis albescit et matura est, emittat. Unde S. Chrysostomus: Ostendit, ait, primo magnum donum esse decenter prædicare, dum dicit hoc esse orandum; secundo, latenter se Dominum ostendit; misit enim Apostolos metere que per Prophetas seminaverat. Addit Remigius: Auctus est numerus operariorum, designatis aliis septuaginta duobus discipulis, et quando Spiritus Sanctus descendit in Pentecoste in fideles centum et viginti, Act. ii. Denique Christus hæc voce facile stimulat Apostolos, ut offendant sese Christo ad operandum in hac messe, dicantque cum Isaia, vi, 8: « Ecce ego, mitte me. »

Ille finitur pueritia Christi, et acta ejusdem a baptismo suo et primo Paschate, usque ad secundum Pascha, scilicet acta unius anni et aliquot mensium. Fuit hic annus 31 ætatis Christi: vide Chronotaxin quam commentario hujus præposui. Quocirca Jansenius hic finit primam partem Concordiæ suæ. Verum tam- u est Matthæum hic, cap. v, vi, vii et initio cap. viii, inseruisse sermonem Christi in monte, qui habitus est posterior, scilicet, post secundum Pascha anno Christi 32, ac miracula nonnulla, quibus Christus eum confirmavit, ut sanationem servi Centurionis et curationem leprosi; quia per anticipationem

vultu Matthæus statim initio dare summam totius ac vocatio Apostolorum, coram quibus habitus doctrinae Christi et legis Evangelicæ, uti dixi cap. v, vers. 1: quare hic sermo Christi in monte æque capitis x proxime sequentis.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc caput recto ordine historia jungendum esset proxime electioni Apostolorum et sermoni Christi in monte, uti iam dixi: quare nectendum esset cap. viii, post vers. 13, et ponendum post curationem famuli Centurionis. Ita Glossa: « Relata, inquit, a curatione socrus Petri lucusque facta sunt ante sermonem in monte habitum, quod patet ex electione Matthæi; fuit enim electus in monte. Hic ergo redit ad ordinem rei post curatum Centurionis servum. » Igitur Christus hoc capite misit duodecim Apostolos (quorum nomina hic recensentur) quasi operarios in messem ad prædicandum, et sicque primo dat potestatem ejiciendi demones et curandi infirmos; secundo, vers. 5, dat eis duodecim præcepta, inter qua præcipua sunt hæc: primum, ut Judæis, non Gentibus evangelizent; secundum, ut gratis et in paupertate prædicent; tertium, ut pacem hospitibus suis prædicent; quartum, ut sint prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Tertio, vers. 17, prædicat eos passuros multas infidelium persecutiones. Quarto, vers. 27, contra eas illos animat, multisque corroborat ad intrepidam fidei professionem et propagationem. Quinto, vers. 40, recipientibus Apostolos amplam promittit mercedem, perinde ac si ipsimet Christum recepissent.

1. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. 2. Duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus; 3. Jacobus Zebedæi, et Joannes frater ejus; Philippus, et Bartholomæus; Thomas, et Matthæus publicanus; Jacobus Alphaei, et Thaddæus; 4. Simon Chananæus, et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Jesus, præcipiens eis, dicens: In viam Gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis; 6. sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. 7. Euntes autem prædicare, dicens: Quia appropinquavit regnum celorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones ejicite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; 10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo. 11. In quancumque autem civitatem aut castellum intraveritis interrogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicens: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. 15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terra Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbæ. 17. Cavete autem ab hominibus; tradent enim vos in conciliis, et in synagogis vestros flagellabunt; 18. et ad præsidis, et ad reges ducemini propter me, in testimonium: his et Gentibus. 19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. 20. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient; 22. et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui

Finitur hic pueritia Christi.

autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. 23. Cum autem persequerent vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, nec consummabitur civitates Israel, donec veniat Filius hominis. 24. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. 25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus, et servo, sicut dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus! 26. Ne ergo timeritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; et occultum, quod non sciatur. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, predicare super tecta. 28. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. 29. Nonne duo passeris asse veniunt; et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. 30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. 31. Nolite timere; multis passeribus meliores estis vos. 32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est; 33. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. 34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. 35. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam; 36. et inimici hominis domestici ejus. 37. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 38. Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus. 39. Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. 40. Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit. 41. Qui recipit Prophetam in nomine Prophete, mercedem Prophete accipiet; et qui recipit justum in nomine justii, mercedem justii accipiet. 42. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Vers. 1. 4. ET CONVOCATIS DUODECIM DISCIPULIS (Apostolis) SUS, DEDIT ILLIS POTESTATEM SPIRITUM IMMUNDUM, UT EJICERENT EOS, ET CURARENT OMNEM LANGUOREM ET INFIRMITATEM. — Nota: Christus proxime ante sermonem in monte habitum, e turba discipulorum selegit duodecim Apostolos, ut diceret doceret Lucas, cap. vi, 13: « Vocavit, ait, discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos et Apostolos nominavit: Simonem quem cognominavit Petrum, » etc. Elegit ergo duodecim Apostolos, id est legatos suos primarios, quos eum plena auctoritate et potestate legavit et misit per totum orbem, ut Evangelium suum annuntiarent omnibus gentibus: alios enim 72 quoque elegit, sed hos non Apostolos, sed discipulos nuncupavit, licet et hi a veteribus subinde Apostoli, id est legati Christi vocentur, ac revera tales fuerint, sed eum minore potestate, utpote subiecti et subordinati duodecim Apostolis. Hos igitur duodecim Christus jam mittit, ut officium ad quod ab eo vocati erant, exequi inciperent, ejusque sub se magistro adhuc vivente tyrocinium ponant, quod postea facti sacerdotes et episcopi post mortem suam plenissime obeant et consumment. Quocirca Christus Apostolos constituit principes Ecclesie, qui omnes fideles iam martyres, quam confessores et virgines, uti officio et

dignitate, sic et gratia ac sanctitate præcellerent; super ipsos enim fundavit Ecclesiam, ut patet Ephes. ii, 20, et Apoc. xxi, 14. Ita D. Thomas, in cap. vii ad Roman., vers. 23, ad illa: « Nos ipsi primitias spiritus habentes. »

Porro, potestas Apostolorum in Ecclesia fuit maxima, ac longe major quam sit episcoporum. Apostoli enim edocti et missi sunt immediate a Christo Domino, quasi Christi legati a tunc eum absoluta potestate per totum orbem, et eum summa auctoritate in totam Ecclesiam, ut scilicet ubique possent: primo, prædicare Evangelium, idque dono linguarum et miraculis firmare, æque ac conscribere: Apostoli enim habebant potestatem scribendi libros canonicos, ut de facto Matthæus et Joannes scripsere Evangelia, Epistolæ canonicas, et Apocalypsin; secundo, ut possent ubique fundare Ecclesias, ac pascere et regere fideles omnes ubivis gentium; tertio, ut possent instituire et ordinare sacerdotes et episcopos, totumque ordinem hierarchicum, ceremonias etiam sacrificii Eucharistie et Sacramentorum omnium.

Adverte, in hac triplici potestate Apostoli parvi et æquales erant inter se et cum S. Petro, et tamen subeant quasi capiti et superiori suo; unde Petrus, vers. 2, inter eos ponitur, imo nominatur primus.

DEDIT ILLIS POTESTATEM SPIRITUM IMMUNDORUM (id est demonum), UT EJICERENT EOS. — Sicut enim Angeli sunt mundi et sancti, sic demones sunt immundi et selesti, ideoque turpissimi. utpote pleni superbia et odio vel, ac ira et invidia in homines, ut eos in luxuriam et immunditiam (ad que sciunt homines esse promptissimos) omniaque scelera, indeque in gehennam pertrahant.

ET CURARENT OMNEM LANGUOREM. — Græce *μαλακία*, id est morbum: utraque hæc potestas data fuit Apostolis per modum habitus permanentis, non quod Deus eis ideret habitum physicum, quo curarent omnes ægrotudines (hic enim dari nequit), sed quod omnipotentia sua illis promissa ita semper assisteret, ut quoties vellent demones ejicere, vel ægrotudines curare, illico Deus illas egeret et sanitatem conferret. Porro, data fuit eis hæc potestas ad auctoritatem predicationis, ut scilicet illam miraculis confirmarent et populis persuaderent. Ita Glossa.

2. DUODECIM AUTEM APOSTOLORUM NOMINA SUNT: PRIMUS, SIMON, QUI DICITUR PETRUS (Syrus *Képho*, hoc est *Cephas*, id est *Petra* vel *Petrus*), ET ANDREAS FRATER EJUS; JACOBUS ZEBEDEI, ET JOANNES FRATER EJUS. — Causa cur præcise Christus duodecim elegerit Apostolos, non plures, nec pauciores, est ut ipsi responderent duodecim Patriarchis, qui fuerunt filii Jacob. Sicut enim hi Judæorum, sic Apostoli Christianorum omnium fuerunt parentes. Ita S. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus et passim Patres. Alia hujus numeri mysteria affert Rabanus, et ex eo D. Thomas in *Catena*: « Duodecimque, inquit, consurgens ex ternario et quaternario (in se ductis et multiplicatis) significat eos prædicaturos Trinitatis fidem per quatuor mundi partes; significatus in duodecim filiis Jacob, duodecim principibus filiorum Israel, duodecim fontibus Helim, duodecim lapidibus rationalis, duodecim panibus propositionis, duodecim exploratoribus, duodecim lapidibus unde factum est altare, duodecim lapidibus subditis ex Jordane, duodecim bobus sustentibus mare æneum, duodecim stellis in corona sponsæ, de quibus in *Apocalypsi*, duodecim cunctationes civitatis, duodecim portus. » Plura vide apud Toletum, in cap. vi *Luc.*, annot. 49.

PRIMUS, SIMON, QUI DICITUR PETRUS. — Beza, ut tollat primatum Petri et Pontificum Romanorum illi succedentium, putat mendose legi *τὸν primum*, ideoque expungendum; sed constanter id legunt omnes codices Græci, Latini, Syri, quin et Hebræus, quem Munsterus Novator ipsam Matthei autographum esse contendit; nec credibile est hunc locum corruptum esse a Græcis, ut ipsi ad diderint *πρῶτος*, id est *primus*; ipsi enim sunt schismatici, negantque Petri primatum: unde potius *τὸν primum* expunxissent, si id honeste facere voluissent. Denique ubique in Scriptura ab ho-

minibus recensentibus nomina Apostolorum, Petrus ponitur primus, et Judas ultimus, cum in cæterorum ordine discrepent et evaniant, ut patet *Matth.* 10: 22, *Luc.* 9: 14, et *Act.* 1: 13.

PORTO, Petrus vocatur apostolorum primus non estate, quia eo senior erat Andreas, testis Epiphanius, *Heresi* 51, sub medium; non etiam vocatione, quia prior eo vocatus a Christo fuit Andreas, ut patet *Joan.* xii, 4; non etiam dilectione, quia præ omnibus a Christo dilectus fuit S. Joannes, ideoque in ultima oratione ipse in pectore Christi recubuit. Superest ergo, ut Petrus Apostolorum sit primus excellentia et auctoritate, quia scilicet eorum fuit caput, superior et rector: unde in cæteris nullus ponitur ordo, nec hic vocatur secundus, ille tertius, quia omnes fuere pater paterque Petro subiecti; atque a *τὸν primum* dictus est primatus Petri, quem omnes veteres Græci et Latini confessi sunt. Audi S. Chrysostomum: « Apostolorum omnium primus, et quasi vertex, in doctus ille erat ac rudis. » S. Hieronymus, lib. 1 *Contra Jovin.*, cap. xiv: « Propterea, ait, inter duodecim Apostolos unus eligitur, ut capite constituto schismatici tollerentur occasio. » Ambrosiastes, in II *Cor.* xii: « Prior secutus est Andreas Servatorem, quam Petrus: et tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. » Plura vide apud Bellarminum, lib. 1 *De Roman. Pontif.*, cap. xviii.

Petrus ergo, quasi Apostolorum primus et primus, poterat Apostolis præcipere, atque eos, si errarent in fide et moribus, corrigere, lites eorum dirimere, provincias dividere, eis, si laborarent, alios substituere, uti Judæ prodtori substituit Matthiam, *Act.* 1. Hæc enim subordinatio Apostolorum, Episcoporum et fidelium omnium sub uno capite et Pontifice, necessaria erat ad unionem, concordiam, stabilitatem et bonum regimen Ecclesie, uti docet S. Cyprianus, lib. *De Unitate Ecclesie*: « Primatus, inquit, Petro datur, ut una Christi Ecclesia et cathæda una monstretur. » etc. Hinc secundo solum inter Apostolos Petrus habuit potestatem ordinariam, cui proinde in illa succedunt Romani Pontifices. Romæ enim pontificiam sedem statuit B. Petrus, in eaque sedit, et martyr occubuit: aut *verò* apostoli habebant potestatem a Christo delegatam, quibus proinde nemo iri eadem successit.

Dices: Episcopi dicuntur Apostolis succedere. R. respondeo: Id tantum dicitur per analogiam et accommodationem quamdam, quia scilicet Episcopi ab Apostolis participant ordinem et jurisdictionem Episcopalem, et quia Episcopi similiter eminentiis sacerdotibus, sicut duodecim Apostoli 72 discipulis: atque Episcopi carent potestate Apostolica, illaque triplici, quam initio capitis assignavit; atque Episcoporum potestas non nisi ad ipsorum dioceses extenditur, Apostolorum vero ad omnes gentes toto orbe dispersas.

SIMON, QUI DICITUR PETRUS. — Christus mutavit nomen Petri, cumque prius vocaretur Simon,

vocavit eum Syriace Cepha vel Cephas, id est Petra vel Petrus, quia destinabat eum post se facere petram et fundamentum Ecclesie, juxta illud Christi ad Petrum: « Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, » Joan. 1, 42. Simon Hebr. idem est quod *audens, obediens*, qualis fuit Petrus, qui Christo vocanti ad suam sequelam, illico relictis retibus obediit, supra cap. iv, 20.

ET ANDREAS FRATER EJUS; JACOBUS ZEBEDEI, ET JOANNES FRATER EJUS. — Marcus præponit Jacobum et Joannem Andream, eumque facit quartum. Idem facit Lucas, Act. 1, 13. Sed in Evangelio, cap. vi, 14, Andream utriusque præponit, æque ac Matthæus hic. Sic et in aliis nonnullis Apostolis ordo ab aliis Evangelistis variatur, ut doceat inter eos certum non fuisse ordinem, sed eos per omnia fuisse pares dignitate et officio. Unde Cajetanus hic: « Solus Petrus, ait, hic ordine insignitur et describitur primus, ad insinuandum valde spectare ad Christianam notitiam scire primatum Petri, nulliusque momenti nosse Apostolorum ordinem inter se. » Probabilior est tamen ordo, quem Apostolis hic assignat Matthæus; ipse enim exactus est Christi historicus et temporis custos. Christus ergo in monte e discipulis ad Apostolatam (nam ad discipulatum Christi prius ab eo expresse evocatus legitur Philippus, Joan. 1, 43), primo, ait Abulensis hic, *Quest. XXVIII et XXIX*, et Ribera, in cap. xxi Apoc., vers. 16, evocavit et nominavit Petrum; secundo Andream, tertio Jacobum, quarto Joannem, et consequenter cæteros eo ordine quo assignat hic Matthæus, nisi quod ipse modestiæ causa se postponat Thomæ, cum illi sit præponendus, uti præponit Lucas et Marcus, idque docent S. Hieronymus, Chrysostomus, Euthymius et alii: atque hoc Matthæi ordine S. Joannes, Apoc. xxi, 19, duodecim fundamenta ecclesiæ Jerusalem ponens duodecim Apostolos, singulis suum locum cum gemma assignat: « Fundamentum primum, ait, jaspis; secundum sapphirus, tertium calcædonius, quartum smaragdus, quintum sardonix, sextum beryllus, nonum topazius, decimum chrysolitus, undecimum hyacinthus, duodecimum amethystus. » Primus jaspis notat Petrum, ob firmitatem fidei; secundus saphyrus Andream, ob celestem vitam et mores; tertius calcædonius sive carbunculus Jacobum, zelo ardentem; quartus smaragdus Joannem, virentem et virginem; quintus sardonix Philippum, ob candorem animi; sextus sardius rubeus Bartholomæum excoitatum; septimus chrysolitus marini coloris Matthæum penitentem; octavus beryllus politus Thomam, a Christo in fide resurrectionis expositum et solidatum; nonus topazius Jacobum Minorem, aurea sanctitate radiantem; decimus chrysolitus Judam Thadæum, qui instar porri acris sapientia insectatur hæreticos, *καρπὸν* enim est porrum; undecimus

Quidam duodecim Apostolorum.

Duodecim gemme sunt duodecim Apostolorum.

hyacinthus Simonem Chananæum, ab more suavissimos; duodecimus amethystus humilem minimamque Matthiam. Pose hæc de re regi, Apoc., cap. xxi, vers. 16 et seq.; ac *Ezod.*, cap. xxiv, vers. 17, ubi *εσπέριον* gemma duodecim ornant rationale Pontificis, puta pectus Christi.

Denique inter hos duodecim Apostolos non nominantur, nec fuerunt Paulus et Barnabas, quia hi duo a Christo, non vivente in terris, sed jam glorioso et regnante in cælis vocati sunt ad Apostolatam, unde parem eum duodecim Apostolorum potestatem et spiritum habuere.

ANDREAS. — Græce idem est quod *virilis*, fortis, heros: *ἀνδρῆς* enim est vir, et *ἀνδρεία* est virilitas, fortitudo: Judæi enim plures, quia subjecti jam Alexandro Magno et Græcis, græce didicerunt, et græca nomina assumpservunt, uti ostendi cap. iv, vers. 18. Ita Pagninus, Caninius et alii. Talis fuit Andreas, scilicet virilis et heroicus in prædicatione et passione, ex robore amoris Christi anhélans ad crucem; prius fuerat unus de discipulis S. Joannis Baptiste, imo inter omnes primus, ait Gaudentius Brixiensis, tract. *De Doct. Basilic.*, et a S. Joanne missus ad Christum, primus eum nosse cepit, ad eumque fratrem suum Petrum adduxit, *Joan.*, cap. i. Unde Epiphanius, *Hæres. 61*, eum Petro seniore fuisse putat, licet Beda juniore æstimet, eo quod hic vocetur frater Petri.

JACOBUS ZEBEDEI. — scilicet filius, ut patet *Luc.*, cap. v, vers. 10. Jacobus hic, cognomento Major, Hispaniarum et apostolus et protector, primus Apostolorum pro fide Christi martyr occubuit, capite plexus ab Herode Agrippa, de quo plura dixi *Act.* xii, vers. 2.

JOANNES FRATER EJUS. — Hic est dilectus Christi discipulus, de quo fuse egi proœmio in *Apoc.*, *Epist.*, et *Evangel.* ejusdem. *Jacobus* Hebr. idem est quod supplantator; *Joannes* idem quod *gratiosus* et misericors, vel in quo est gratia, vel *Domini gratia*, ait S. Isidorus, lib. VII *Etymol.*, cap. ix: « Amplius enim eum cæteris Apostolis dilexit Jesus. » Sed de nomine Joannis plura dicam *Luc.*, vers. 13. Hi sunt filii *Zebedæi*, id est liberalis et munifici. Ita Pagninus et Angelus Caninius in *Nominibus Novi Testamenti*, cap. xiii.

3. PHILIPPUS, ET BARTHOLOMÆUS; THOMAS, ET MATTHEUS PUBLICANUS; JACOBUS ALPHEI ET THADÆUS. — Syrus: *Philippus* et *Bar Thoulmai* et *Thoumo*, *Mathai publicanus*, et *Jacobus filius Chulphai*, et *Labbî cognominatus Thaddi*. *Philippus* græce est *φιλιππος*, id est amator equorum, equestris, bellicosus. Ita Pagninus et Caninius. Hebræi enim jam subjecti Græcis græca usurpavere nomina, uti dixi; Philippus enim fuit quasi equus bellicosus Christi contra Judæos, infideles et impios, de quo *Apoc.* vi, 2: « Ecce, inquit, equus albus: et qui sedebat super illum, habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens, ut vinceret. » Vide ibi dicta. Licet S. Hieronymus, in *Nominibus* (vel *anonymis*) est auctor: constat enim non

Andreas id est virilis.

Jacobus, filius est Alphæi, cognomen est majoris.

Vers. 3. Luc. 70, 14, 15, 16, Mar. 17, 18, 19, Philippus equorum amator et bellicosus.

esse S. Hieronymi, quia auctor ostendit se græce lingue et hebræe imperitum, et in cap. xiv et xv multa scribit inepta et falsa) *Philippus* interpretatur *os lampadis* *אש פה*, id est os, et *לפיד* *lampid*, id est lampas, quia os ejus velut lampas orbem illuminavit, ait Erisseus.

BARTHOLOMÆUS. — S. Hieronymus in *Nomin. Hebr.*, et ex eo Pagninus, *Bartholomæus* interpretantur *plus suspendentis aquas*; *בַּר* enim est *filius*, *תלמי* *thala* suspendit, *מַיִם* *maim* sunt aquæ. Unde Rupertus, in cap. i *Joannis*, et Osorius, in serm. *De S. Joanne*, putant Christum occasione Bartholomæi aquas in vinum convertisse in nuptiis Canæ Galilææ, quasi ipse in iis fuerit sponsus: quod alii confutant. Verius est Hebr. *Bartholomæus* idem esse quod *filius Tholmai*, ut habet *Luc.*, vel *Tholmæi*: *Tholmai* enim cerebrum et piscum fuit nomen Hebræis, ut patet *Josue* xv, 14; *II Reg.* iii, 3. Minus apte nonnulli *Bartholomæus* interpretantur *filius Ptolomæi*, quasi oriundus fuerit ex Ptolomæis regibus Egypti, quos confutat Abulensis hic. Sic Bartimeus idem est quod filius Timæi, et *Barjona* est filius Jona, sive Joannis.

THOMAS. — Græce *θωμάς*, id est *genivus*; *τῶν* enim est geminare, de quo *Joan.* xx, 24.

MATTHEUS PUBLICANUS. — Nota humilitatem Matthæi, qui cæteris tacentibus se publicanum, id est peccatorem publice proficitur. De eo dixi initio Commentarii et cap. ix, vers. 9. *Matthæus* Hebr. idem est quod *donatus*, aut *donum Dei*, Græce *Dositheus* vel *Theodorus*, ait Caninius. Idem dictus est *Levi*, id est additus, appositus Christo et Apostolis, *Mar.*, cap. ii, 14. Ita Beda, Euthymius, Pagninus, Caninius.

JACOBUS ALPHEI. — scilicet filius, ut habet Arabicus et Syrus. *Alpheus* hebr. idem est quod *doctus* vel *doctor*. Hic Alpheus, pater Jacobi, alius fuit ab Alpheo, patre Matthæi, *Mar.* ii, 14. Hic enim fuit maritus Mariæ Cleophae, que dicitur soror Mariæ, matris Domini, *Joan.*, cap. xix, vers. 25. Unde Helecas, episcopus Cæsaraugustanus, qui continuavit Chronicon L. Dextri, et alii censent Alpheum eundem esse cum Clepha, licet Baronius id neget, de quo dicendum, *Joan.*, cap. xix, vers. 25. Alpheus ex Maria genuit Jacobum et Judam. Hic Jacobus dictus est Minor, quia scilicet ætate (ut voluit aliqui) vel potius vocatione junior erat Jacobo Majore, qui fuit frater Joannis. Dicitur quoque esse frater Domini, quia cognatus Christi, illicque simillimus, auctorque fuit Epistolæ S. Jacobi, ac primus episcopus Hierosolymorum, de quo multa dixi, *Præfat. in Epistolam S. Jacobi*.

THADÆUS, — est hic Judas, auctor epistolæ Canonicæ, qui fuit trinomius; cognominatus enim est *Thadæus*, id est mameus, et *Judas Jacobi*, scilicet Minoris, frater Judæ, I, 1; et *Lebbæus*, ut habet hic Græcus et Syrus, id est *corcubum*, ait Hieronymus, *בַּר* *leb* enim est cor: sic et Angelus Caninius in *Nomin. Novi Testamenti*, cap. xiii:

vel ut alii, *Leoninus*; *לֵוִי* *lubi* enim est leo, qui primus Judas patriarcha, filius Jacob, dictus est leo, *Genes.*, cap. xliix, vers. 9. De Juda hoc dixi *Prefatione in ejus Epistolam*.

4. SIMON CHANANEUS, ET JUDAS ISCARIOTES, QUI ET TRADIDIT EUM. — Simon hic dicitur Chananæus, quia oriundus non ex Chananæis, ut vult Munsterus, qui in evangelio Hebræo S. Matthæi eum nominat כַּנְעָנִי *kenani*, id est Chananæus, a Chanaan oriundum, sed perperam; omnes enim Apostoli fuere Judæi. Dicitur ergo Chananæus, quia natus in Cana (unde precise Canæus dicens esset, ait Caninius) Galilææ; imo Nicéphorus, lib. VIII, cap. xxx, et Baronius censent ipsum fuisse sponsum in nuptiis ad quas vocatus Christus, aquas verit in vinum, *Joan.* ii. Verum quia *Cana* Hebr. significat *zelum*, hinc *Chananæus* quoque, id est *zelotes*, dicitur est, ait S. Hieronymus, allusione ad urbem Cana, æque ac ad zelum *Jesus*. Sicut si quem virum fortem Valentie natum, Valentium vel Valentem voces, ut significet eum Valentie natum, et simul viribus pollere. Simili modo Simon vocatur Chananæus, id est *zelotes*, quia in Cana natus est, et ingentem habuit קַנְאוֹ *quina*, id est zelum.

ET JUDAS ISCARIOTES. — Ita dicitur quasi קַרְיַת איש *Isch kerioth*, id est *vir ex Carioth*, urbe tribus Juda, oriundus, de quo *Josue* xv, 25. Ita Angelus Caninius in *Nomin. Hebr.*, cap. xii, unde Syrus verit *Ishudo Scarioth*. Melius alii censent eum ita dictum, quia oriundus erat ex vico Iscarioth in tribu Ephraim, non longe a Samaria. Ita S. Hieronymus hic, et in *Isaie* cap. xxviii, vers. 1, Maldonatus, et Adrichomius in *Descript. terre sanctæ*, pag. 28, num. 60. *Iscariotes* Hebr. idem est quod *mercenarius*; *כֶּרֶךְ* *sachar* enim est merces, idque apposite compendit Judæ, qui mercede triginta denariorum vendidit Christum. Ita S. Hieronymus. Flegit Judam Christum, licet sciret eum fore suum proditorem, tum quia proditorem ejus pati volebat, illamque addere ad cumulum passionis suæ, quia volebat illam esse plenissimam in omni genere, ideoque voluit pati quoque a discipulis et prodi a suo Judo: voluit enim pati omne genus tormentorum et ab omni hominum genere; tum ut doceret nos non tantum bonis et gratis, sed et malis ac ingratis benefacere. Audi S. Ambrosium, lib. V in *Lucam*: « Eligitur et Judas, non per imprudentiam, sed per providentiam, scilicet ab eo prodi voluit Christus, ut tu, si a socio desertus, si a socio proditus fueris, moderale feras tuum errasse iudicium, perisse beneficium. » Vide S. Hieronymum in cap. xxviii *Isaie* 1, ubi illud: « Ve coronæ superbiæ, ebris Ephraim, et flori decedenti, gloriæ exultationis ejus, » pro quo Septuaginta vertunt: « Ve coronæ injurie mercenarii Ephraim, nos cadens de gloria super verticem montis pinguis, » mystice accipit de Juda proditore, æque, inquit, de tribu Ephraim, et de vico ejusdem tribus Iscarioth,

Vers. 4. Luc. vi 15, 16; Mar. vi 18, 19. Simon dicitur Chananæus.

Julius Iscariotes unde dicitur?

Cur Christus elegit Judam Iscariotem?

vel predicationes, vel quodvis aliud officium ex his quae Societas juxta nostrum institutum exercere potest, compensari videatur, ut sic majori cum libertate possit et proximorum edificatione in divino servitio procedere. »

Verum est illud Chilonis apud Laertium, lib. I: « Aurum cotibus exploratur; mentes hominum auro. » Et illud Tullii, lib. II Offic.: « Homines maxime admirantur eum qui pecunia non movetur; » imo illam ut venenosum serpentem aversatur et fugit. Quocirca S. Antonius ingenti auri massa in itinere conspecta, magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem usque perrexit. Abbas Pambo trecentas argenti libras a Melania delatas repudiavit. B. Barlaam roganti Josaphat, ut pro se exiguum pecuniae in victum et vestitum acciperet, qui pro sodalibus nihil acceperat, renuit ac respondit: « Si pecuniarum possessio bona esset, illis certe ante me eas impertissem: quoniam autem exitiosam earum possessionem esse scio, nec illos, nec me item hujusmodi laqueis implicabo. » Pecunia quoties offerebatur S. Vincentio Ferrerio per castella predicanti, vetabatur a sociis suis accipi. S. Franciscus, teste S. Bonaventura in ejus Vita, cap. VII: « Pecunia, ait, servit Dei nihil aliud est, quam diabolus et coluber venenosus. » Denique S. Petrus Simoni Mago offerentem pecuniam: « Pecunia tua, ait, tecum sit in perditionem. » Act. VIII, 20.

S. Vincentii Ferrerii.

S. Francisci.

S. Petri.

9. NOLITE POSSIDERE AURUM, NEQUE ARGENTUM, NEQUE PECUNIAM IN ZONIS VESTRIS. — Neque pecuniam, » scilicet ullam aliam, v. g. aeneam; unde Graece est *μηδὲ χαλκῶν*, id est neque aes. Triplex enim est pecunia, aurea, argentea et aenea; hanc omnis pecunia, ait Budaeus, De Aesc. primo aenea fuit, deinde argentea, demum aurea. « In zonis, » id est in marsupio vel crumenis, ut vertit Syrus. Olim enim bursas et crumenas ad zonas appendebant, aut zonas intexebant vel affixebant, praesertim milites et itinerantes: unde proverbium: « Zonam perdidit, » de eo cui nihil est pecuniae: inde locuti dicti sunt zonas. Vide Nebrissensem, *Quinquagesima* 30. Unde et Graechus apud A. Gellium, lib. XV, cap. XII: « Cum Roma profectus sum, inquit, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. » Alexander Imperator, apud Lampridium: « Miles, ait, non timet, nisi vestitus, calceatus, armatus, et habens aliquid in zona. » Pescennius Niger apud Spartianum vetuit ne milites zonam secum deferrent in bellum; sed si quid haberent pecuniae, publice commendarent, recepturi post praesidium, simul et ipsis luxuriae materiae eripiens, et hosti praedam, si quid adversi evenisset.

Quintum est hoc preceptum de non possidendis opibus, a Christo datum Apostolis tribus de causis. Prima, ut omni terreno affectu, aequae sollicitudine expediti, toti a Dei providentia penderent confidentes et securi, quod illa de omni-

Quintum Christi preceptum. Tertius enim canonicus.

bus necessariis abunde eis provideret. Secunda, ut toti Evangelio insisterent, ad illudque predicandum omnes cogitationes et curas converterent. Tertia, ut omnibus gentibus illustrare darent exemplum simplicitatis, sobrietatis, paupertatis, contemptus opum, sanctitatis animique excelsi et caelestis, quo per angelicum hanc vitam, ait S. Chrysostomus et Euthymius, omnes in sui amorem et admirationem raperent: « Nihil enim, ait Euthymius, ita admirandos reddit, sicut vita frugalis, ac quibuslibet obvis contenta. » Quare Christus hic non tantum vetat Apostolis preparationem pecuniarum ad vitium, ut vult Jansenius, sed omnem omnino possessionem, ut patet ex *et* « Nolite possidere; » haec enim possessio nullo magis sui cura distraxisset et impedisset Apostolos, quam vitium. Ita Maldonatus.

Dices: Luc. IX, 3, explicatur hoc Christi preceptum, dicendo: « Nihil tulertis in via, » Graece *in viam*, id est pro via et itinere conficiendo. Respondit Maldonatus, per *viam* totam eorum peregrinationem et legationem, ac consequenter vitam omnem intelligi, juxta illud vers. 5: « In viam Gentium ne abieritis. » Simplicius dicit, Christum expresse quidem vetare tantum Apostolis, ne ferant secum pecuniam ad vitium, implicite tamen sub hoc vetare omnem rel temporariae et pecuniae aestimabilis possessionem: qui enim, v. g., agrum possidet vel domum, hoc ipso virtute pretium et pecuniam possidet; domo enim vel ager pretio et pecunia est aestimabilis. Unde Matthaeus plenus ait: « Nolite possidere. » Christus autem id hic discrete non expressit, quia illud jam factum ab Apostolis praesupponit. Apostoli enim vocati a Christo, relictiis omnibus etiam navi et rebus, secuti sunt Christum.

Symbolice S. Hieronymus: « Aurum, ait, saepe legimus pro sensu, argentum pro sermone, aes pro voce (accipi); haec nobis non licet ab aliis accipere, sed data a Domino possidere. »

Quaeres, an haec Christi precepta de non possidenda pecunia, calceis, virga et duabus tunicis data Apostolis fuerint perpetua, an temporalia duntaxat? S. Hilarius, S. Hieronymus, S. Ambrosius, lib. IX in *Lucam*; S. Augustinus, lib. II De *Consensu Evang.*, cap. XXX, et ex iis Maldonatus censent fuisse perpetua, ita ut Apostoli per omnem vitam, qua praedicarent Gentibus, obligati fuerint hac forma et specie paupertatis. Alii passim censent fuisse temporalia, ac obligasse eos duntaxat eo tempore quo vivente Christo praedicabant Judaeis.

Dico primo, proprie et praecise haec praeccepta fuere data Apostolis, duntaxat pro tempore quo primo missi sunt bini a Christo predicare per Judaeam, ut Judaeis, hoc opum contemptu atque hac vita angelica et caelesti, persuaderent se esse Apostolos veri Messiae, id est Christi, qui et caelo in carnem descendens, omnes ad caelestem vitam et gloriam, spretis rebus terrenis, vocabat. Id patet:

An periculum hoc praecceptum.

Resp. tempore lo.

primo, ex vers. 3, ex quo sequentia haec praeccepta pendunt: « In viam Gentium, inquit, ne abieritis, etc. » sed potius ite ad oves, quae perierunt domus Israel. » Immo enim Judaeis ostendendus et persuadendus erat Messias, ut illis eum recipiebant, Gentes facilius eum reciperent.

Secundo. Secundo, id patet ex *Luc. XXII, 33*, ubi de praeterita hac missione et praeccepto loquens Christus: « Quando, inquit, misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, » etc., ubi *et* *nunc* significat aliquid diversum nunc eis praecipit, scilicet, ut tollant peram et emant gladium.

Tertio. Tertio, quia Apostoli per Gentes proficiscentes ibant ad infideles, qui eos quasi hostes eorum suorum prima fronte aversabantur, nec eis hospitium et cibum dare dignabantur, donec per miracula et sanctitatem vitae eis fidem adhiberent: ergo antequam eis fidem persuaderent, debant sibi de victu providere, praesertim quia saepe magno comitatu catechistarum, interpretum et aliorum coadjutorum incedebant. Unde Paulum proficiscentem Hierosolymam comitati sunt Sopater, Aristarchus, Secundus, Gaius, Timotheus, Tychicus, et Trophimus, ut patet *Act. XX, 4*. Quocirca Apostoli permittentibus mulierem piam, honestam et divitem se comitari, quae eos aleret. Id discrete patet *I Cor. IX: 3*: « Numquid non habemus potestatem mulierem sororem (christianam) circumducendi, sicut et caeteri Apostoli? » Id ipsum fecit Christus, qui permisit Magdalenam aliasque piarum feminas a se conversas more gentis se comitari, ac se suisque sustentare, ut patet *Luc. VIII, 3*. Imo Judas « loculos habebat, » etc., et ea quae mittebantur, portabat. » *Joan. XII, 6*. Et *Joan. VI*, discipuli alunt Christo: « Unde ememus panes, ut manducent hi? »

Instabis: Cur Christus praecceptum quod dedit Apostolis de non portandis pecuniis, ipse non servavit? Respondeo: Christus ipse servavit, quia ipse non portabat loculos, sed Judas, ac cum initio solus cepit predicare, loculis omnino caruit, ut patet ex illo: « Vulpes foveas habent, et volucres caeli lidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet, » *Matth. VIII, 20*. Quoad Apostolos vero 12 et discipulos 72, quos secum ducebat, alendos, permisit Judam portare loculos, quia alias eos alere fuisset impossibile. Quis enim tantam hominum multitudinem hospitio excipere et continuo sustentare voluisset aut potuisset? Apostolos autem ipse per Judaeam misit binos duntaxat: bini autem facile apud aliquem virum pium hospitium et victum reperire poterant. Simili modo S. Franciscus Xaverius proficiscentes ad Indos, ubi victici in navim intulit, imo oblatus a rege Lusitaniae refutavit, sed cibum a nautis et navigantibus quotidie mendicavit, quia solus erat. At jam, cum quinquagenu

et centeni e Societate Jesu et aliis ordinibus in Indis evangelizari saepe mittuntur, victium apud se aut alium habere oportet. Quis enim naufragum aut vectorum omnes illos per sex navigationis menses quotidie pasceret aut vellet? Sic S. Vincentius Ferrerius, qui more S. Vincentii Europae provincias evangelizando obivit, secumque centenos, imo millenos ducebat, habebat suos procuratores, qui singulis de victu aliisque necessariis providerent. Nec enim indigene hos sumptus prestare potuissent.

Quarto, id ipsum patet ex *Act. IV et V*, ubi primi fideles omnes suas facultates offerrebant Apostolis, ex quibus ipsi et caeteri omnes vivebant. Quin et Paulus, qui alias animo excelsio se scisque labore manuum suarum, faciendo tabernacula eaque vendendo, sustentabat, in carcere tamen Romano, et subinde alias ex elemosinis Philippensium vixit, ut patet *Philipp. IV et seq.*

Quinto, ita docet S. Chrysostomus, hom. 9 in *Quinta epist. ad Philipp.*: « Praeccepta, ait, illa temporalia erant, et non perpetua; » S. Thomas et S. Anselmus, Hugo, Dionysius Cartusianus, Jansenius, Barradius, Toletus, Franciscus Lucas hic et Bellarminus, lib. I *De Clericis*, cap. XXVI. Audi S. Thomam: « Ante passionem, inquit, missi sunt Apostoli ad Judaeos. Apud Judaeos autem consuetudo erat, quod suis debebant providere magistris: ideo Christus nihil ferre praecipit Apostolis, cum mitteret eos ad Judaeos. Sed ista non erat consuetudo in Gentibus. Ideo cum missi sunt ad Gentes, data est eis licentia portandi sumptus: portabant igitur, quando praedicabant aliis quam Judaeis. »

Dico secundo, hanc tamen praeccepta quoad eorum substantiam et scopum, qui erat ostendere animam alienam ab avaritia, ac praese ferre magnum contemptum rerum omnium terrenarum et desiderium caelestium, aequae ad fiduciam in Deum Dei quae providentiam: haec enim haec praeccepta Apostolis imprimere voluit Christus, atque haec Apostoli reipsa praestiterunt cum, recepto Spiritu Sancto in Pentecoste, non nisi caelestia cogitabant, dicebant, agebant. Quocirca haec Christi praeccepta non tantum quoad scopum, sed etiam quoad modum praecise ad litteram servarunt Apostoli, quando eumque et ubicumque id facere poterunt: imo Paulus haec praecceptis consilium addidit, ut sumptus sustentationis a fidelibus non acciperet, sed labore manuum sibi victum pararet. Et hoc tantum volvere Patres initio citati. Hoc paupertatis Apostolice exemplum imitatus S. Franciscus, cum suis fratres binos evangelizatum mittebat, non aliud viaticum eis dabat, quam hoc: « Jaeta cogitatum tuum in Domino, et ipse te nutriat. »

10. NON PERAM IN VIA, NEQUE DUAS TUNICAS, NEQUE CALCEAMENTA, NEQUE VIRGAM. DIGNUS EST EXIUM OPERARIUS CIBO SUO. — Pera est marsupium, vel sacculus victorialis, in quo itinerantes deferunt

Fuit periculum quoad calceamenta.

Vers. 10. Mar. VI. 8 et 9.

panes et escas quos in via comedebant; unde adagium: « Mendici pera non impletur. »

Neque duas tunicas. — Mutatorias intellige, scilicet, duo paria tunicarum, ait D. Thomas, ut nunc unum, nunc alterum induas: alioqui frigor aut necessitatis causa, duabus simul indui tunicis non vetat, nam et ipse Christus dlabus indutus fuit, ut patet *Joan. xix, 23.* Ita S. Hieronymus, Jansenius et Maldonatus.

Simplicius Lyranus, Toletus et Barradius, absolute unicum hic tunicam præcipi intelligunt; una enim in Judea, utpote regione calida, tunica sufficit. Unde et Christus unicum tantum externam habuit: nam illi inconsutilis interna erat loco induti, vel subvulve; externe deinde pallium injiciebant. Unde Euthymius, in cap. xxvi, *Matth.*, docet Christum tria tantum habuisse vestimenta, scilicet subuculam, tunicam et superius indumentum, quale apud nos est toga vel pallium.

S. Franciscus in Missa recitari evangelium hoc, quo Christus discipulis ad predicandum mittendis, formam tribuit Evangelicam vivendi, ne videlicet possiderent aurum, nec in zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam, finita Missa clarius a sibi explicari petiit, quo facto inædipitibus perfusus letitia: « Hoc est, inquit, quod cupio, hoc quod totis precordiis concupisco. » Hoc fuit initium, hæc fuit causa conversionis ejus; hoc institutum ejus, ad emulandam purporetatem Apostolicam. Quare statim hæc omnia executioni dedit Christi discipulus, ut Christo et Evangelio plene obsequeretur, sequæ cooptaret: calceamenta ergo solvit de pedibus, deposuit baculum, peram reject, pecuniam exacerat, unaque contentus tunica, rejecta corrigia, pro cingulo funem sumpsit idque per omnem vitam. Ita S. Bonaventura, cap. in *Vita* ejus, et alii: unde vivens et moriens diserete asseruit: « Ipse secundum revelavit mihi, quod debere vivere secundum formam S. Evangelii. »

Neque calceamenta. — duplicata, sive duo paria calceorum, æque ac tunicarum, ait S. Thomas et Cajetanus, et inauit S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evang.*, cap. x. x. Euthymius vero vult Christum primo hic quod Matthæum Apostolis vetuisse calceos, deinde vero postea apud Marcum induldisse eis sandalia. Verum de eodem loco et tempore agit Marcus, de quo Matthæus hic, ut patet conferenti utrumque.

Sandalia permissa Apostolis.

Simplicius dicit, calceos hic vetari qui pedem totum tegant, non sandalia, hoc est soleas quæ plantam pedis duntaxat muniunt, ne in saxa impingant; hæc enim Apostolis concessa docet Marcus, cap. vi, vers. 9. Judea enim aspera et saxosa est regio, æque ac calida: quare sandalia pedes contra saxa protegunt et calorem arcent, eo quod superne pedes relinquunt nudos. Ita S. Hieronymus, Euthymius, Jansenius, Toletus, Maldonatus et S. Augustinus, lib. II *De Consensu*

Evang., cap. xxx: calcei vero pedem stringunt et quasi incarceration, ut minus sit liber et expeditus ad iter, atque eundem sæpe nimis calceant. Calceos ergo vetuit Christus Apostolis per Judæam peregrinantibus, ut expeditiores forent ad iter, utque eis nimiam pedum curam adimeret. Calcei vero Græce vocantur *βάβυλα*, id est subligacula, quia olim superne ligaculis stringebantur, uti etiamnum apud multos fit. Porro, sandaliis Apostolos post Christi ascensionem usos, patet *Act. xii*, ubi Angelus ad Petrum: « Calcea, ait, te caligas tuas. » Græce sandalia tua. » Et tate est sandalium S. Andrea, quod Trevis in cathedrali ecclesia a R. D. Preposito mihi ostensum fuit. Talia quoque gessere Isaias, Jeremias et Ezechiel prophete, ut patet ex antiquis eorum imaginibus, que extant in Vaticano. Quas curavi expingi et prædigi prophetis majoribus. Talia denique exhibet imago B. Virginis Roma depicta a S. Luca: puer enim Jesus in ejus brachiis pingitur cum sandaliis, que superne per ligacula circumligantur pedi, ita ut pedes et digiti pedum Christi sint intecti prorsus et nudii, planta vero pedum solea tegatur. Talia quoque exemplo Christi gavestavit S. Franciscus, et ejus sequaces Capucini.

Hoc Christi Apostolorum exemplum secuti multi e primis Christianis, incesserunt sine calceis. Id docet Lucianus in *Philotatro*, ubi habitum Christiani describens: « Pallium putre, ait, sine calceis et tegmine, capite nudo incedens, detonsa coma. » Sic et Plato, ait S. Hieronymus hic, præcepit duas corporis summitates (caput et pedes) non esse velandas, nec assueferi debere mollitiei capitis et pedum. Cum hæc enim habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt. » De pallio vero Christianorum olim erat adagium: « A toga ad toga ad pallium; » id est a Gentilismo transit ad Christianismum: Gentiles enim toga amiciebantur, Christiani pallio. Unde Tertullianus, lib. *De Pallio*, cap. v: « Calceos, ait, nihil dicimus, proprium tuge tormentum, immundissimam pedum tutelam, verum et falsam. Quam enim non expediat in algore et ardore rigere nudipedem, quam in calceo unipedem. Magnum inessu munimentum sutrinæ. Venere prospexere perones (calceos) effeminatos. » Clarissime vero Clemens Alexandrinus, lib. II *Pædagog.*, cap. xi: « Viro, ait, pulchre convenit nullos habere calceos, præterquam si millet. Calceatum enim esse non parvam habet affinitatem cum eo, quod est esse ligatum. Optimum est exercitationis genus nudis uti pedibus, et ad sanitatem et ad expeditam facilitatem, ubi non prohibeat necessitas; quod si iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati possumus, soleis utendum est; eas autem Affici vocant *ζωινδα*, quod pedes quantum ego conjicio, terre appropinquantes est; eas autem Affici vocant *ζωινδα*, quod pedes

Sandalia enim S. Andrea Trevis.

Primo Christi calceos non calceabat.

A toga ad toga ad pallium.

Symbol.

rigiam calceamentorum Domini, non enim paucos is habebat calceos, qui vera philosophia typum Hebræis ostendebat. »

Symbolice: S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evang.*, cap. xxx: « Marcus, inquit, dicit calceatos sandaliis vel soleis, quibus scilicet pes, nec lectus desuper, nec nudus ad terram; nempe volebat Dominus non occullandum Evangelium, nec terrenis commodis invidendum. »

Rursum Glossa: « Apostolo abjicienda sunt, inquit, aurum, id est sapientia secularis; argentum, id est facultia; pecunia zone, id est sapientia abscondita; pera, id est omnis sæculi; calceamenta, id est mortuorum operum exempla. » Audi S. Hieronymum, epist. 24 ad *Marcellam* de Olibi Lex: « Hæc, inquit, quam unius cubiuli secreta vallabant, quæ pauper videbatur et tenuis, ejus via putabatur amentia, Christum sequitur et dicit: Quæcumque audivimus, ita et vidimus in civitate Del nostri, et reliqua. Quapropter moneo flens, gemensque conlector, ut dum hujus mundi viam currimus, non duabus tunicis, id est duplici vestiamur fide; non calceamentorum pelibus, mortalis videlicet operibus prægravemur; non divitarum nos pera ad terram premat; non virge, id est potentie secularis queratur auxilium: non pariter et Christum velimus habere et sæculum, sed pro brevibus et caducis æterna succedant, et cum quotidie (secundum corpus loquor) præpariamur, in cæteris non nos perpetuos existimemus ut possimus esse perpetui. »

Neque virgam. — Dices: Marcus, vi, 9, contrarium habet, scilicet, « sed virgam tantum. » Resp. S. Marcum loqui de *מִשְׁכָּה* *mischan*, id est virga, seu baculo et fulciminæ cui innitaris. Hic enim est symbolum viatorum pauperum, qui baculo innixi incedunt, ut fatigationem lerent, sicuti inessit Jacob peregrinans in Mesopotamiam. *Genes. xxxii, 10.* Matthæus vero hic loquitur de *מַטֵּה* *matte*, id est virga defensoria, vel vindicatoria, quam Christus Apostolis velat; pro quo nota Græcum *βέβη*, id est *virga*, tria significare: *Primo*, insigne honoris et potestatis, quale est sceptrum regum, fasces consulum, virga prætorum et judicum, que Hebr. dicitur *שֵׁטַח* *sebet*, unde *sceptrum*: de qua David, *Psal. ii*: « Reges eos in virga ferrea. » Et *Psal. xlii*: « Virga æquilas, virga regni tui. » Et Isaias, cap. *xiv*: « Contrivit Dominus baculum impiorum, et virgam dominantium. » Hinc et *בְּבֵרֵי* *bereri*, id est *virgiferi* vocabantur *Evtores* et *viatores*, per quo magistratus denuntiabant quid vellent fieri; horum utrum insigne erat virga, quam gestabant. Sic et Judæorum doctores virgam manu ferebant, ait Lyranus, velut doctrinæ insigne, uti autem ludimagistri ferunt ferulam. Hanc Apostolis velat Christus, quia jubet eos præ se ferre modestiam, humilitatem, non auctoritatem et potestatem imperiosam. Talem enim virgam

βέβη: id est virga, tria significare.

Primo.

gavestavit Moses legislator durorum Judæorum, qua et Pharaonem per decem plagas contrivit et rebelles Judæos castigavit; aut non Christus, cuius lex est spiritus amoris et sanctorum.

Secundo, *βέβη*; significat *matte*, id est virgam, seu baculum quo alios teras et percutas, sicut præceptores virgis flagellant discipulos, de qua *Ps. lxxxviii*: « Visitabo in virga iniquitates eorum. » Et *Exod. xxi, 20*: « Qui percusserit servum suum, vel ancillam virga; » imo rusticorum et pauperum arma sunt virgæ et baculi. Unde David contra Goliath processit non aliis armis instructus, quam baculo et funda, I *Reg. xvii*; et Ezechiel, cap. *xxxix*, agens de cæde Gog: « Comburent, ait, arma, clypeum et hastam, arcum et sagittas, baculos manuum et contos. » Et Isaias, *x*: « Virga furoris mei Assur. » Per virgam ergo hic synecdoche quilibet arma intellige: hæc enim Christus velat Apostolis, quos jubet non armis, sed Deo fidere, ad divine tutelæ esse testes et præcones; atque fidem non pugnando, sed patiendo propagare. Nam « qui Domini habet auxilium, cur quaerat baculum? » ait S. Hieronymus.

Tertio, *βέβη*; significat *מִשְׁכָּה* *mischan*, id est *Tertia* fulcimen, virgam et baculum cui incumbas, et hanc Apostolis permissit Christus, tum quia insigne est pauperum viatorum, tum quia facit ad levamen itineris et laboris.

Porro Joannes Alba, lib. *Electorum*, pag. 337, per virgam accipit eam, cui insculpta erat contesseratio et signum amicitie, ut virga sit idem quod tessera amicitie, quam ostendebat, cum ad amicos incognitos divartebant, ut ex ea reciperent quos amici: unde cum renuntiabant amicitie, dicebantur frangere tesseram amicitie, puta virgam contesserantem amicitiam; ut sensus Christi sit, *g. d.* Nolite humanis niti præcipiis; Deus enim vobis providebit de hospitio et hospite. Verum nulla hic tessera vel amicitie fit mentio, sed virgæ duntaxat.

Symbolice: virga notat potestatem Apostolorum, ait S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evang.*, cap. xxx.

DIGNUS EST ENIM OPERARIUS CIBO SUO. — Causam dat cur veteruit vaticum, etc. Quia, inquit, Judæi, quibus prædicabitis, vos alent, dignus est enim prædicator cibo suo, quo significat et Judæos debere eos qui sibi Evangelium prædicant, sustentare, et prædicatores jure suo inde posse vivere. « Accipiant prædicatores, ait S. Chrysostomus, sustentationem a populo, mercedem a Deo. » Alibi tamen hæc sustentatio vocatur merces a similitudine operariorum, quibus illa quasi pars mercedis tribuitur, etsi in prædicatoribus proprie non sit merces, quia prædicator omne pretium et omnem mercedem humanam longe superat et transcendit. S. Paulus, I *Cor. ix*, vocat stipendium a similitudine militum, quibus datur non ut mer-

Virga amicitie tessera.

ees (quantula enim est ad periculum quod subeunt!) sed ut sustentatio debita. Operamini ergo in vincta Domini, o Apostoli, et predicato strenue, nec solliciti sitis de cibo, id est victu et vestitu, quia Deus de illo vobis abunde providebit vel per herpites vestros, vel aliunde ex ditissimis providentia sua thesauris.

11. IN QUANCUMQUE AUTEM CIVITATEM, VEL CASTELLUM INTRAVERITIS, INTERROGATE QUIS IN EA DIGNUS SIT, ET IBI MANETE DONEC EXEATIS. — « Dignus, » scilicet aptus et congruus Evangelio, et vobis hospitibus, id est qui sit timens Deum, religiosus, probate vite. avidus salutis, hospitalis maxime erga pauperes et pios, presertim predicatores; quique, ut ait S. Hieronymus, « magis se noverit accipere gratiam, quam dare, » vos hospitio recipiendo, quod scilicet a vobis recipiat fidem, gratiam et salutem, ac vestra predicatio ad multorum conversionem cooperetur, que longe majora sunt, quam hospitium quod ipse dat vobis.

Secundum est hoc preceptum, quod Apostoli per Judaeam predicaturi dat Christus de hospitio, ut scilicet non divertant apud aliquem, vel a fide Christi aversum, ne ab illo male tractentur, vel infamem, ne in suam infamiam eis afflet, sed apud virum probum et propensum ad pietatem et hospitalitatem, qui et eorum predicationi libens cooperetur, et bonum nomen apud cives suos eis conciliet. « Hospes, » ait S. Hieronymus, fama deligendus est populi, et iudicio vicinorum, ne predicationis dignitas suscipiens infamia deturpetur.

ET IBI MANETE DONEC EXEATIS. — Cur? Resp. Prima causa est, ne si Apostoli non maneant, sed mutant hospitium, ipsi leves et inconstantes esse videantur. Ita S. Chrysostomus, et Victor Antiochenus in cap. vi Marci. Secunda, ne hospitium priorem contristet, vel decore afficiant, si ab eo ad alium digniorem commigrent. Ita S. Ambrosius et Chrysostomus. Tertia, ne quis dicat eos gulosos, lautiores ditiorum mensas quaerere. Ita Theodoretus. Quarta, ne vagentur, et per domos oberrent, itaque in incommodas et periculosas incidant. Audi S. Ambrosium, *serm.* 32: « Rehrensibile est ut vir qui Evangelium annuntiat, et docet errandum non esse, ipse per diversos incipiat oberrare, et domum, cui pacem dixerat, descrere hospitumque cui benedictionem intulerat, contristare. » Intellige, nisi nimis diu in eodem loco manerent, ut hospiti graves forent, aut alia justa migrandi causa occurreret; tum enim charitas et prudentia suaderent hospitium commutandum.

12. INTRANTES AUTEM IN DOMUM, SALUTATE EAM, DICENTES: PAX VESTRAE DOMUI. — Syrus, *pacem precamini illi.* Est salutatio vetus Hebraeorum, qua pacem, id est omnia pacifica et prospera (haec enim secum affert pax, aufert vero bellum) hero et domesticis appretantur; Hebraei tempora

intelligunt, vel Christi spiritum, scilicet eruditum, salutem, gloriam et felicitatem aeternam. Christus enim in terram venit, ut pacem inter Deum, homines et Angelos conciliaret. Unde nascendo coeernerit angeli: a Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. » *Luc. ii.*

Septimum est hoc preceptum, ut pacem hospiti appretentur, et appropinquarent explorant an hospes sit dignus et congruus. Id enim intelligit, si is salutationem regne ac salutem gratanter acceptet, benigne resalutet et ad hospitium invitet. Apostoli ergo precantur hospiti pacem: primo, cum Deo; secundo, cum domesticis vicinis et ceteris omnibus. Unde S. Hieronymus: « Pacem, ait, imprecamini hospiti, et quantum in vobis est, discordiae bella sedate. » Tertio pacem, id est omnia prospera, omnia bona, tam praesentia quam futura et aeterna. Addit S. Chrysostomus Apostolorum salutationem non nudam et verbalementem fuisse, sed realem et efficacem, et benedictionis vires obtinuisse, ut hospiti, si is dignus erat, pacem, id est fidem, gratiam et salutem reipsa conferrent.

13. ET SI FUERIT QUIDEM DOMUS ILLA DIGNA, VEL SI NIET PAX VESTRA SUPER EAM; SI AUTEM NON FUERIT DIGNA, FAX VESTRA REVERTETUR AD VOS. — « Digna, » scilicet, si, ut paulo ante dixi, hospes sit dignus, quia amans pacem, id est Evangelii et salutis; sive, ut Jansenius, quia a Deo praedestinatus et praedestinatus ad pacem, id est in fidem, gratiam et vitam Evangelicam, tunc utique « venit pax vestra super eam, » quia hospes cum suis domesticis acceptabit fidem et gratiam Christi, quam illi appretamini, et paulo post distinctus eidem explicabit et praedicabit.

SI AUTEM NON FUERIT DIGNA, — quia hospes salutationem vestram et pacis Evangelicae appretationem refutat et repellit, a pax vestra revertetur ad vos; » Graece *επιρριπτεται*, id est revertitur, hoc est revertetur, ut explicat Noster hic, et Lucas, x, 6. Hebraei enim saepe imperativum usurpant pro futuro. Nota prosopopeiam: pax enim inducitur hic quasi persona ab hospite repulsa, alio vadens, Apostolosque deducens, q. d. Si hospes vestram pacis salutationem repellat, non tamen ideoque infructuosa erit vestra salutio, quia vobis eveniet quod illi precati eratis, scilicet pax, id est omnia prospere. Itaque fiet, ut pax ab indigno hospite repulsa, ad vos quasi redeat, vosque ad alium hospitem diu nudum deducat qui illam avida a vobis vobiscum hospitio excipiat, ac vestrae predicationi credat, fiatque Christianus et sanctus, dignusque celo et vita aeterna. Similis est phrasid *Psalm.* xxiv, 12 et 13, ad quam hic alludit Christus: « Retribuabant, ait, mihi mala pro bonis, etc. Et oratio mea in sinu meo convertetur. » q. d. Ego David, et antitype ego Christus, pro hostibus meis Judaeis eorumque salute oravi, sed illi fuerunt mihi ingrati et rebelles: quare

intelligunt, vel Christi spiritum, scilicet eruditum, salutem, gloriam et felicitatem aeternam. Christus enim in terram venit, ut pacem inter Deum, homines et Angelos conciliaret. Unde nascendo coeernerit angeli: a Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. » *Luc. ii.*

Septimum est hoc preceptum, ut pacem hospiti appretentur, et appropinquarent explorant an hospes sit dignus et congruus. Id enim intelligit, si is salutationem regne ac salutem gratanter acceptet, benigne resalutet et ad hospitium invitet. Apostoli ergo precantur hospiti pacem: primo, cum Deo; secundo, cum domesticis vicinis et ceteris omnibus. Unde S. Hieronymus: « Pacem, ait, imprecamini hospiti, et quantum in vobis est, discordiae bella sedate. » Tertio pacem, id est omnia prospera, omnia bona, tam praesentia quam futura et aeterna. Addit S. Chrysostomus Apostolorum salutationem non nudam et verbalementem fuisse, sed realem et efficacem, et benedictionis vires obtinuisse, ut hospiti, si is dignus erat, pacem, id est fidem, gratiam et salutem reipsa conferrent.

14. ET QUICUMQUE NON RECEPERIT VOS, NEQUE RECEPERIT SERMONES VESTROS: EXEUNTES FORAS DE DOMO, VEL CIVITATE, EXECUTITE PULVEREM DE PEDIBUS VESTRIS. — Lucas et Marcus addunt: « In testimonium illis. »

EXECUTITE PULVEREM, — vel sandalia exalceando, eaque inter se collidendo, ut pulvis ex iis excutiat, sicut ait Abulensis, *Quaest.* LXXXIII, qui vult Apostolos his id fecisse, semel in urbe, secundo extra urbem; vel sandalia apploendo ad terram, aut ea affricando ad lapidem, vel lignum aliquod, ut pulverem extergenter.

Queres cur hoc? Respondeo: Primo, S. Hieronymus: « Pulvis, inquit, excutitur in testimonium laboris, quod ingressi sint civitatem et praedictio Apostolica ad illos usque pervenerit. » Et Theophylactus: « Vel quod testantur, inquit, se illorum nomine magnum iter confecisse nihilque illis profuisse. » Sic et S. Chrysostomus.

Secundo, « Excutite pulverem, » quasi impium propter impios incolas, ut significetis eos esse quosque anathema, nec vos quidem cum illis quasi excceratis, ac maledictioni et condemnationi aeternae addictis, velle habere commune, ne pulverem quidem. Ita S. Hieronymus, Theophylactus hic et S. Ambrosius in cap. ix *Lucas*, et S. Au-

cratio mea est: ob ipsorum malitiam non profuit: ad me ergo reversa videtur, quia mihi meisque fidelibus ex Gentilitate in me credentibus profuit. Ita Eusebius, S. Athanasius et Hesychius in *Psalm.* xxxiv: « In sinum Christi, inquit, id est in Ecclesiam Gentium a Judaeis reflexa Christi oratio rediit. » Hoc est quod Judaei ait Paulus: « Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam non repellit illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad Gentes. » *Act.* xiii, 46, et *Isaias*, ix, 8: « Verbum misit Dominus, inquit, in Jacob, et cecidit in Israel; » quia, ut explicat S. Gregorius, lib. II *Moral.*, cap. xxx: « Christum, quem ad se venientem Judaicus populus respuit, hunc repente populus Gentilis invenit. » Esto et aliis sit illius loci sensus magis literalis, ut ibidem dixi.

Itaque salutatio et pax ab hospite repulsa redit ad Apostolos, non tantum quoad meritum, ut vult S. Hieronymus, q. d. Merces et meritum vestrae salutationis, benevolentiae et charitatis, ad vos rediit, quia hoc meritum proprie non redit, sed manet apud salutantem, sive salutato dignus sit et gratus, sive indignus et ingratus; sed etiam redit proprie, sicut legatus repulsus ab eo ad quem mittitur, redit ad herum qui eum misit, quia scilicet salutatio repulsa ab indigno rediens quasi ad Apostolos, in eorum potestate est, et quasi in eorum manu seipsam sistit, ut offerant eam dignis, qui eam magna reverentia et gratiarum actione cum Apostolis salutantibus hospitio tum domus, tum mentis suae excipiant, seseque totos dedant Christo et Apostolis, quasi Christi legatis et vicariis.

14. ET QUICUMQUE NON RECEPERIT VOS, NEQUE RECEPERIT SERMONES VESTROS: EXEUNTES FORAS DE DOMO, VEL CIVITATE, EXECUTITE PULVEREM DE PEDIBUS VESTRIS. — Lucas et Marcus addunt: « In testimonium illis. »

EXECUTITE PULVEREM, — vel sandalia exalceando, eaque inter se collidendo, ut pulvis ex iis excutiat, sicut ait Abulensis, *Quaest.* LXXXIII, qui vult Apostolos his id fecisse, semel in urbe, secundo extra urbem; vel sandalia apploendo ad terram, aut ea affricando ad lapidem, vel lignum aliquod, ut pulverem extergenter.

Queres cur hoc? Respondeo: Primo, S. Hieronymus: « Pulvis, inquit, excutitur in testimonium laboris, quod ingressi sint civitatem et praedictio Apostolica ad illos usque pervenerit. » Et Theophylactus: « Vel quod testantur, inquit, se illorum nomine magnum iter confecisse nihilque illis profuisse. » Sic et S. Chrysostomus.

Secundo, « Excutite pulverem, » quasi impium propter impios incolas, ut significetis eos esse quosque anathema, nec vos quidem cum illis quasi excceratis, ac maledictioni et condemnationi aeternae addictis, velle habere commune, ne pulverem quidem. Ita S. Hieronymus, Theophylactus hic et S. Ambrosius in cap. ix *Lucas*, et S. Au-

gustinus in *Quaest. Evang. ex Matth.*, *Quaest.* VII. Tertio, ut hic pulvis a nobis excussus, in die iudicii sit testis eorum incredulitatis et impietatis, ac eorum Christo eos accuset et gehenna rocos peragat. Et hoc est quod ait Lucas: « In testimonium illis, » hoc est, contra illos. S. Hilarius et Origenes in cap. xviii *Gem.*, hon. c. « Signo pulveris pedibus excussi, inquit Hilarius, aeterna maledictio relinquatur. » Ita pulverem pedum excusserunt Barnabas et Paulus, repulsi a Judaeis Antiochiae Pisdiae, *Act.* xiii, 51. Alludit ad Prophetam, qui a Deo missus in Bethel ad Jeroboam idololatram, ab eo rejectus, in eum pulverem pedum excussit, hoc ipso, quo jussu Dei alia via quam venerat, reversus est domum suam, *III Reg.* xiii, 9.

Octavum est hoc preceptum Christi iubens Apostolos, ut in eos qui predicationi resistunt, pulverem excutiant, ut eis indignitatem suae inhospitalitatis ostendant, ac terrorem incutiant, et aeternam gehennae excidium comminentur. Quo facile jubet Apostolos esse animosos ne percellant, cum viderint Judaeos Evangelium rejicere, sed in eos acriter velut vindices divini insurgant, eosque quasi anathemati subjiciant.

15. AMEN DICO VOBIS, TOLERABILIS ERIT TERRAE SODOMORUM ET GOMORRHEORUM IN DIE IUDICII, QUAM ILLI CIVITATI. — q. d. Gravius punientur et damnabuntur qui repellunt Apostolos, quam Sodomitae, qui igne caelesti conflagraverunt horrendo Pentapolis totius incendio, et terrifico saeculorum omnium exemplo, quia gravius his peccant.

Queres, quomodo hoc sit verum, cum sodomia gravissimum sit scelus contra naturam et clamans in caelum? Respondeo sodomiam numerari inter gravissima scelera, sed in specie libidinis, sive contra legem naturalem continentiae duntaxat; nam alioquin constat graviora esse peccata haeresim, infidelitatem, blasphemiam, sacrilegium, desperationem, odium Dei, etc., quam sit sodomia. Repellentes ergo Apostolos Christianae fidei, gratiam et salutem, longe gravius quam Sodomitae peccabant, idque non uno, sed multiplici peccato, scilicet: primo, infidelitatis; secundo, inobedientiae; tertio, ingratitudinis; quarto, inhospitalitatis; quinto, rebellium et contumacium in Deum contra legem naturalem et divinum; ac gratiam ejus tam benevole et liberaliter oblatam, totaque miraculis et beneficiis confirmatam, inhumane et barbare respuebant. Ita S. Hilarius, Hieronymus, Beda, Theophylactus et alii.

Hoc etiam suo modo locum habet in iis qui respuunt Dei verbum, vel vocationem et sanctas inspirationes, contra quos dolent Deus Prov. i, 24: « Quia vocavi, et renuistis, etc., ego quare in interitum vestro ridebo. » Vide ibi dicta.

Hinc S. Hieronymus probat contra Jovinianum non esse equales omnium damnatorum poenas, ac per consequens nec culpas; Anastasius etiam Nepnus, in *Quaest. S. Scripturae*, *Quaest.* XVII, hinc

11. In quancumque autem civitatem, vel castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete donec exeatis.

Secundum est hoc preceptum, quod Apostoli per Judaeam predicaturi dat Christus de hospitio, ut scilicet non divertant apud aliquem, vel a fide Christi aversum, ne ab illo male tractentur, vel infamem, ne in suam infamiam eis afflet, sed apud virum probum et propensum ad pietatem et hospitalitatem, qui et eorum predicationi libens cooperetur, et bonum nomen apud cives suos eis conciliet.

Non imitentur hospites, sed quatuor decem.

Vers. 12. Luc. x.

Sepulcrum Christi praeparatum.

Non tantum quo ad meritum sed et ad reipsa.

Vers. 14. Luc. ix. 5. ex. 10. 11. Mar. vi. 11.

Excusatio pulvis.

Pax re ipsa redeat ad vos.

Octavum est hoc preceptum Christi.

Vers. 15. Luc. x.

Quam sit graviora peccata Apostolos.

ostendit nonnullos impios puniri tam in hac vita quam in futura, ut Sodomite puniti fuere in hac vita, et rursus punientur in die iudicii damnandi ad gehennam.

Similitudo societas Sodomitae ab tres analogia

Porro, appropinquantes Christus repellentes Apostolos comparat, sodomitis. Primo, quia sicut hi inhumani et barbari fuerunt inhospites; unde Angelos divertentes ad Luoth voluerunt violare et incestare, Genes. xix; sic illi inhumano et barbaros se ostendunt erga Apostolos hospites suos. Secundo, sicut hi admoniti fuere a Luoth, sed eum spreverunt; sic illi admonentur ab Apostolis, quos Christus legavit ad eorum salutem, ut eos benevolentissime ad Christi fidem et gratiam invitarent: quare longe inhumanius illos aspernantur, quam Sodomite Luoth. Tertio, sicut Sodomite puniti sunt igne et sulphure in celo; sic hi punientur igne et sulphure in gehenna, sed longe gravius; quia si Sodomite audissent predicacionem Christi et Apostolorum, ac vidissent eorum signa et miracula, credidissent et penitentiam egressi, ut ait Christus, xi, 23.

Ver. 16. Luc. 10. b.

16. ECCE EGO MITTO VOS, SICUT OVES (Lucas, x, 3, Sicut agnos) INTER LUPOS. — S. Hieronymus per lupos accipit Scribas et Phariseos, alii quoslibet hostes et persecutores. Nullum animal tam inerme et debile, quam ovis. Sic Christus mittit Apostolos sine armis, imo sine virga et viatico, ut suam in eis virtutem et potentiam ostendat. Non mittit eos quasi leones, ait Chrysostomus, sed quasi oves, ut ipsi mira sua vi et efficacia superent lupos eosque in oves convertant. Audi Chrysostomum: « Erubescant, qui quasi lupi adversarios suos prosequuntur, cum videant lupos innumeros ab omnibus superari paucissimis. Et certe quousque sumus oves, facile hostes vincimus; cum vero in naturam luporum transiamus, tunc superamur; tunc enim nullum nobis a pastore patrocinium adest, qui non lupos, sed oves pascit. » Notat S. Chrysostomus et ex eo Theophylactus et Euthymius Christum Apostolis hic predicare futura mala et persecutiones, quatuor de causis. Prima est, ut discant ejus prescientiam; secunda, ne poterunt hec illis ex infirmitate magistri accedere; tertia, ne inopinatim opprimantur; quarta, ne turbentur tempore crucis, sed hac missione et promissione Christi esse corroborarent ad omnia generose ferenda et superanda. Christus ergo hic suos animat, q. d. Agite, o mei Apostoli, ablego vos ad Judeos, Scribas et infideles, qui vos vexant et persequuntur; nec cogitate, quia « ecce ego mitto vos: » ego, inquam, qui olim Eliam, Eliseum, Isaiam ceterosque Prophetas ad Achab, Jezabelem, Manasseum aliosque impios reges misi, animavi, roboravi, protexi, et cum opus fuit liberavi, ac tandem ab eis permisi occidi, ut sanguine suo meam fidem et religionem obsignarent, ac martyrii lauream consequerentur. Idem ego nunc mitto vos, eademque imo majora vobiscum facturus sum: ego vobis ubi-

que adero, ubique assistam, ut et in vita per ovium innocentiam, et in morte per ovium mansuetudinem et tolerantiam omnes et omnia superetis. Sic Absalon jubens suos occidere Amnon fratrem suum, ait: « Nolite timere; ego enim sum, qui precipio vobis: roboramini; et estote viri fortes. » II Reg. xii, 28.

Igitur hac voce: « Ecce ego mitto vos, » significatur divina Christi auctoritas, potestas, assistentia, protectio, efficacia que Apostolos, quasi oves innocentes et inermes, luporum, id est hostium praece et lenitate expositos tutatur, ut eos vel predicando convertant, vel generose moriendo superent. Vide S. Chrysostomum, hom. De Pentecoste, tom. III. Apostolos vero jubet esse oves et agnos: primo, per innocentiam; secundo, per humilitatem et mansuetudinem; tertio, per patientiam, ut omnium injuriis, ipsisque morti pro Christo corpus omniaque membra exponant. Qui Apostolus, cogitet se mitti quasi ovem inter lupos, ac proinde sit prodigus vite, aestimet se perditum, sit paratus et resolutus ad labores et cruceas, ac ad mortem pro Christo ultro subeundam. Dux Albanus, Capitaneus generalis exercitus Caroli V, habebat quadringentos juvenes animosos et resolutos quos vocabat prodigos vite et perditos, vulgo enfans perdus. Hos in conflictu immittebat seorsim in latius hostium fortius; illi, ut audacissimi et pugnacissimi, certique mori, turbabant ordines hostium, eosque rampendo ordinarie pariebant victoriam. Talem se perditum et prodigum vite aestimat Christi praeco et Apostolus, ut infideles et impios Christo victori subjiciat. Talem se reputabat B. Xaverius, vadens in Indiam, ac suis fletibus dicebat: « Mercatores tantis impendiis et periculis navigant in India, prodiigi vite mercium temporalium studio; ego non pro eodem Dei et animarum causa? » In prodiigum libens mille vias. Nimirum habebat illud praemeditatum: « Anima mea in manus meis semper, » ut eam cuilibet auferre volenti offeram.

Apoteosis ad prodigum vita.

Tropologie: S. Gregorius et ex eo S. Thomas in Catena: « Qui, ait, locum predicatoris suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram tumentium mitiget, et peccatorum vulnera ipse in aliis afflictionibus vulneratus, sanet. Quoniam et si quando zelus recititudinis exigit ut ex subditos sevia, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus et jura discipline foris exhibeat, et intus paternam pietate dilgat, quos foris castigat. Multi autem cum regiminis jura suscipiunt, ad laecerandos subditos inardescunt, terrorum potestatis exhibent, domini videri appetunt, et esse minime cognoscunt, humilitatis locum, et elatione dominationis immutat, et si quando extrinsecus blandiantur, intrinsecus seviunt; de quibus dicitur: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, in-

trinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra que Jobis considerandum est, quia sicut oves inter lupos militur: sensum ergo servantes innocentie, morsum multatio non habeamus.»

ESTOTE ERGO PRUDENTES SICUT SERPENTES, ET SIMPLICES SICUT COLUMBAE. — Primo, « ut per prudentiam, ait S. Hieronymus, devitent insidias, per simplicitatem non faciant malum. Et serpentis astutia ponitur in exemplum, quia toto corpore occulat caput, ut illud, in quo vita est, protegat. Ita nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est, custodiamus, id est fidem integram et incorruptam servare studeamus. » Secundo, Rabanus: « Solet, ait, etiam serpens eligere strictas rimas, per quas transiens, veterem pellem exuat: similiter predicator transiens per angustam viam, veterem hominem omnino deponat. » Audi Isidorum Pelusiotam, lib. I, epist. 26: « Serpens, ait, arte ac versuta vetustatem exuit, in arca quadam et angusta rima sese comprimens, ac senium deponens. Vult igitur nos quoque per arctam viam et afflictionem veterem hominem exuere, ac pro eo novum induere, qui ad ejus imaginem renovatur. » Tertio, Remigius: « Pulchre etiam Dominus, ait, predicatorum serpentis prudentiam monet habere, quia primus homo per serpentem deceptus est, ac si diceret: Quia hostis calidius fuit ad decipiendum, vos prudentes sitis ad liberandum; ille laedavit ligatum, vos laudate crucis virtutem. » Addit Hilarius: « Ille falsam promissit immortalitatem et divinitatem, dicendo: Eritis sicut Dei; vos veram promittite, ac Angelis similes futuros esse, qui credent. »

Secundo. Quarto. Tertio.

Quarto, serpentes dum senescunt, per angustam foramen gliscendo, vetustam pellem detrahunt, ut novam induant, teste Aristotele, lib. VIII Histor. Animal., cap XVII. Ita vos, o Apostoli, senectam mentis per innovationem spiritus et meditationem aeternitatis exuite. Via enim in celum angusta est, et virtute semper innovanda, ait S. Augustinus, lib. II De Doct. Christ., cap. XVI. Quinto: « Prudentia serpentis est, ait Beda, quod unam aurem petrae opponit, alteram cauda claudit, ne audiat incantantes. » Et S. Augustinus, in Ps. LVII, 5, ad illa: « Sicut aspidis surdae et obturantis aures suas: » « Alludit, ait, serpens unam aurem terra, et de cauda obturat alteram; » ita Christi discipulus et Apostolus contra diaboli et impiorum suggestiones claudit aures cauda et terra, id est meditatione finis, vita mortis, et sepulcri, sibi que dicat: « Memento, homo, quia pulvis es, et in pulverem revertetur. »

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto.

Sexto, serpens acutissime videt, unde adagium: « Serpentis oculus. » Sic Apostolus omnia acuto mentis intuitu prospiciat, ut mala avertat et bona accersat. Rursus serpens est astutissimus: unde quod agit, non robore, sed astutia sua agit ac prudentia: quare venenum suum non nisi cautissime et maxime ad nocendum opportuno tempore effundit; sic et Apostolus prudenter ob-

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

EST SIMPLICES SICUT COLUMBAE. — Quia, ut ait Romigius, « simplicitas sine prudentia facile decipi potest, et prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. » Et, ut ait S. Gregorius, lib. IV, epist. 31 ad Mauritium: « Ut serpentis astutia columbae simplicitatem acueret, et columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret. »

Pro simplices, Graece est ἀπλάγη; quod, si a ἀπλάγη (id est cornu) et a privativo derives, idem est quod sine cornibus, sine noxa, sine vindicta, innocens, innoxii, ait S. Basilius loco citato: si vero a ἀπλόγη, id est misceo, et a privativo, id est quod sine mixture, impermixti, candidi, sinceri, qui quae corde sentiunt, hoc sine furore ore proferunt. Primo ergo jubet, « ut per prudentiam devitet insidias, per simplicitatem non faciat malum, » ait S. Hieronymus. Columba enim caret felle, nec ulli nocet.

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

Secundo, S. Chrysostomus: « Ira, ait, per iram non extinguitur, sed per mansuetudinem: non sufficit pati mala, sed nec turbari conceditur, quod est columbae. » Tertio, notant Theophylactus et Euthymius columbas, licet pullis orbentur, ad eosdem tamen nidos et dominos redire. q. d. Christus: Sic et vos, o Apostoli, nolite esse memores injuriarum vobis factarum, sed placidi et amantes redite ad eos juvandos et convertendos, a quibus lesi vexatique estis. Nonum est hoc Christi praecipitum, sequitur decimum.

17. CAVEATE AUTEM AB HOMINIBUS; TRADENT ENIM VOS IN CONCILIA. — Graece εἰς συνέδρια, id est in concilia, in consensuum magistratum et iudicium, ut ab iis quibus blasphemii in Deum, vel potius in Deos, iudicemini et condemnemini. Syrus: Tradent vos in domum iudiciorum; hoc est in praetoria. « Caveate ab hominibus: » primo, fictis et proditoribus, qui vos deferent ad concilia, tradentque iudicibus puniendos; sicut eos summe hae de causa cavent jam sacerdotibus in Anglia, Scotia et Japonia; secundo, « ab hominibus, » scilicet insidiatoribus, qui vobis per interrogaciones perplexas et politicas, insidias tendent, ut ex ore vestro eliciant aliquid contra leges vel reges dictum, ut apud eos vos accusent; tertio, « ab hominibus, » scilicet persecutoribus, qui vos ad necem quaerunt. « Caveate » ergo, id est caute vos gerite quoad salvo officio vestro fieri potest, ut declinetis illorum proditores, insidias et persecuciones; maxime vero lapsam, ne eorum susceptionibus et mnis cedatis, ut Christum negetis et illum perfidie consentiatis; quin potius pro Christo constanter vos flagellis exponite et mortem oppetite. Moraliter: disce hic cuique cavendum esse ab hominibus, imo a seipso ut homo est, quia homo homini lupus.

servet predicandi occasione, ac videat quid cuique loco, tempori et personis conveniat, quidque ad persuadendum sit efficacissimum. Ita Basilius, in Regal. brevior., interrog. 245.

EST SIMPLICES SICUT COLUMBAE. — Quia, ut ait Romigius, « simplicitas sine prudentia facile decipi potest, et prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. » Et, ut ait S. Gregorius, lib. IV, epist. 31 ad Mauritium: « Ut serpentis astutia columbae simplicitatem acueret, et columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret. »

Pro simplices, Graece est ἀπλάγη; quod, si a ἀπλάγη (id est cornu) et a privativo derives, idem est quod sine cornibus, sine noxa, sine vindicta, innocens, innoxii, ait S. Basilius loco citato: si vero a ἀπλόγη, id est misceo, et a privativo, id est quod sine mixture, impermixti, candidi, sinceri, qui quae corde sentiunt, hoc sine furore ore proferunt. Primo ergo jubet, « ut per prudentiam devitet insidias, per simplicitatem non faciat malum, » ait S. Hieronymus. Columba enim caret felle, nec ulli nocet.

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

Secundo, S. Chrysostomus: « Ira, ait, per iram non extinguitur, sed per mansuetudinem: non sufficit pati mala, sed nec turbari conceditur, quod est columbae. » Tertio, notant Theophylactus et Euthymius columbas, licet pullis orbentur, ad eosdem tamen nidos et dominos redire. q. d. Christus: Sic et vos, o Apostoli, nolite esse memores injuriarum vobis factarum, sed placidi et amantes redite ad eos juvandos et convertendos, a quibus lesi vexatique estis. Nonum est hoc Christi praecipitum, sequitur decimum.

17. CAVEATE AUTEM AB HOMINIBUS; TRADENT ENIM VOS IN CONCILIA. — Graece εἰς συνέδρια, id est in concilia, in consensuum magistratum et iudicium, ut ab iis quibus blasphemii in Deum, vel potius in Deos, iudicemini et condemnemini. Syrus: Tradent vos in domum iudiciorum; hoc est in praetoria. « Caveate ab hominibus: » primo, fictis et proditoribus, qui vos deferent ad concilia, tradentque iudicibus puniendos; sicut eos summe hae de causa cavent jam sacerdotibus in Anglia, Scotia et Japonia; secundo, « ab hominibus, » scilicet insidiatoribus, qui vobis per interrogaciones perplexas et politicas, insidias tendent, ut ex ore vestro eliciant aliquid contra leges vel reges dictum, ut apud eos vos accusent; tertio, « ab hominibus, » scilicet persecutoribus, qui vos ad necem quaerunt. « Caveate » ergo, id est caute vos gerite quoad salvo officio vestro fieri potest, ut declinetis illorum proditores, insidias et persecuciones; maxime vero lapsam, ne eorum susceptionibus et mnis cedatis, ut Christum negetis et illum perfidie consentiatis; quin potius pro Christo constanter vos flagellis exponite et mortem oppetite. Moraliter: disce hic cuique cavendum esse ab hominibus, imo a seipso ut homo est, quia homo homini lupus.

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

EST SIMPLICES SICUT COLUMBAE. — Quia, ut ait Romigius, « simplicitas sine prudentia facile decipi potest, et prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. » Et, ut ait S. Gregorius, lib. IV, epist. 31 ad Mauritium: « Ut serpentis astutia columbae simplicitatem acueret, et columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret. »

Pro simplices, Graece est ἀπλάγη; quod, si a ἀπλάγη (id est cornu) et a privativo derives, idem est quod sine cornibus, sine noxa, sine vindicta, innocens, innoxii, ait S. Basilius loco citato: si vero a ἀπλόγη, id est misceo, et a privativo, id est quod sine mixture, impermixti, candidi, sinceri, qui quae corde sentiunt, hoc sine furore ore proferunt. Primo ergo jubet, « ut per prudentiam devitet insidias, per simplicitatem non faciat malum, » ait S. Hieronymus. Columba enim caret felle, nec ulli nocet.

Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

Secundo, S. Chrysostomus: « Ira, ait, per iram non extinguitur, sed per mansuetudinem: non sufficit pati mala, sed nec turbari conceditur, quod est columbae. » Tertio, notant Theophylactus et Euthymius columbas, licet pullis orbentur, ad eosdem tamen nidos et dominos redire. q. d. Christus: Sic et vos, o Apostoli, nolite esse memores injuriarum vobis factarum, sed placidi et amantes redite ad eos juvandos et convertendos, a quibus lesi vexatique estis. Nonum est hoc Christi praecipitum, sequitur decimum.

17. CAVEATE AUTEM AB HOMINIBUS; TRADENT ENIM VOS IN CONCILIA. — Graece εἰς συνέδρια, id est in concilia, in consensuum magistratum et iudicium, ut ab iis quibus blasphemii in Deum, vel potius in Deos, iudicemini et condemnemini. Syrus: Tradent vos in domum iudiciorum; hoc est in praetoria. « Caveate ab hominibus: » primo, fictis et proditoribus, qui vos deferent ad concilia, tradentque iudicibus puniendos; sicut eos summe hae de causa cavent jam sacerdotibus in Anglia, Scotia et Japonia; secundo, « ab hominibus, » scilicet insidiatoribus, qui vobis per interrogaciones perplexas et politicas, insidias tendent, ut ex ore vestro eliciant aliquid contra leges vel reges dictum, ut apud eos vos accusent; tertio, « ab hominibus, » scilicet persecutoribus, qui vos ad necem quaerunt. « Caveate » ergo, id est caute vos gerite quoad salvo officio vestro fieri potest, ut declinetis illorum proditores, insidias et persecuciones; maxime vero lapsam, ne eorum susceptionibus et mnis cedatis, ut Christum negetis et illum perfidie consentiatis; quin potius pro Christo constanter vos flagellis exponite et mortem oppetite. Moraliter: disce hic cuique cavendum esse ab hominibus, imo a seipso ut homo est, quia homo homini lupus.

Estote simplices ut columbae. Tertio.

Nonum Christi praecipitum.

Decimum.